

ab occultis Diaboli suggestionibus, sive a resisten-
tibus illi: obfessi carnis tentationibus patitur ad
caput malorum referuntur, cuius suggestionem as-
que impulsu agi creditur. Misurus est Diabolus,
Albertus Magni. Per se suggerenda, & per sua
membra exequenda.

146. Diabolus sibi
subditos con-
temnit.

D. Cypri.
Quaestio principaliter inquit, cur dicitur
quod Diabolus misurus est aliquos in carce-
rem, & non potius omnes? Respondet p. d.,
quod Diabolus totas suarum tentationum ma-
chinas excitat, & commovet contra iustos &
sanctos, quos fortes, ac constantes videt in fide
Christi stare: nam peccatores, ac sibi subje-
ctos praeterit, & contemnit; ut docet D. Cy-
prianus lib. 3. Epist. 1. Non impugnavit, adversa-
rius nisi milites Christi: haereticos prostratos
semel & suos, factos contemnit, & praeterit: eos
quarrit despicere, quos videt stare.

247. Joach.
Secundo, Ioachim Abbas. Si nullus eo-
rum, ait, contenderet cum Diabolo habere occa-
sionem auctor doli exprobrans illis de sancto orige-
suo, quasi non essent auri periclitari cum eo; & si
nullus evaderet manus eius, ascriberet hoc ipsum
potentia fortunae suae, quasi in tantum in ma-
ritia esset potens, ut nullus a facie eius per-
transiret immunis, Permittitur ei aliquos ten-
tare; ut ab eis conculcatus, ac pestundatus sit.

D. Hieron.
D. Hieronymus. Epistol. 8. ad Demetriadem de
servanda Virginitate. Salvator generis humani, in-
quit, assumitur ab spiritu, ut pugnet contra Dia-
bolum: & oppressum, atque contritum, curdat
d. scipulis conculcandum Unde Paulus Rom. 16.
num. 20. ait, Deus autem pacis con erit Sa-
tanam sub pedibus vestris velociter. Haec Divus
Hieron.

248. Non vo-
tas sed pote-
stas tentan-
di Diabolo
desi. 31.

1. Cor. 10.
D. Anselm.
Tertio, Sicut fidelium amator est Diabolus,
ut non omnes, sed solum aliquos in vinculi, ac
carcere tradat, ac cruciatibus variis exerceat?
Quomodo ergo dicitur quod solum aliquos ex
Smyrnenensibus dire persequatur? Si eius volun-
tas attendatur, omnes perdere vult, & nulli
parcere, sed eius potestas coeroctur a Deo, ne
plures, quam quos Deus exercere statuit, im-
perat. Sic ait D. Anselm. Cartus. ad illa ver-
ba Paul. 1. Corinth. 10. num. 13. Fidelis Deus,
qui non patitur vos tentari supra id, quod pote-
stas: sic ait. Idcirco hostem nostrum pia dispen-
satione permittit, & remittit, relaxat, & coero-
ct. Et D. Augustinus. lib. 11. de Genesi, ad litem-
ram ait: Tentant Demones, & impugnant ho-
mines: Non quantum: ait, utuntur, sed quan-
tum sinantur.

249. Plus quam ducentos annos commoratur Is-
rael in Aegypto, & nullum habuit bellum, nec
certamen cum Amalec, at postquam egreditur,
& coepit pergere in terram promissionis,
venit Amalec, & pugnabat contra Israel. Exod.
18. n. 8. Quandiu quis est in mundo nullum
habet conflictum cum Amalec, hoc est cum dia-
bolo; at ubi quis viam caelestem arripit, & ju-
stitiam, ac virtute coepit tendere in terram pro-
missionis hinc est, in Ierusalem caelestem, tunc
contra eum multa bella, & conflictus excitat
inimicus. Strabo. Amalec, ait, interpretatur
hibens, vel lanians sanguinem, & significat Dia-
bolum, qui sanctos de Aegypto exeuntes, & ad
terram promissionis tendentes semper impugnat,
& animam sanguinem lambere desiderat.

250. Maxime tamen in rem nostram. Cum popu-
lus egredieretur de Aegypto, & venisset a. oram

maris rubri, vidissetque post se venientes Aegy-
ptios armatos, dictum est eis: Dominus pugna-
bit pro vobis, & vos tacebitis. Exod. 14. num. 14.

Exod. 16.
Exod. 17.
Tunc de vero transacto mari, postquam popu-
lus penetravit desertum, caelestemque panem
gustavit Exod. 16. num. 14. & aquam de pe-
tra divinitus subministratam hausit, Exod. 17.
numero 6. Exiens Amalec adversus populum
dicit, Moyses ad Iosue: elige viros, & egredere
pugna contra Amalec. Ibidem num. 9. Cur us-
que modò nullas incursum hostiles passus est
Israel: sed antea Deus pugnabat pro eis, mo-
dò mandat ad bellum procedere. Antea erat
populus inertis cum non esset refectus illo
caelesti pane, ac potu, at jam nunc his erat
communitus, viresque resumpserat, & tunc
conceditur ei bellum cum Amalec. hoc est
cum Diabolo. Origenes homil. 11 in Exod.

Antequam, ait, Israel manducaret panem de
caelo, & biberet aquam de petra; non refer-
tur populus pugnasse: sed dicitur ad eum, Do-
minus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis,
Tu ergo cum coeperis manducare manna, & pa-
nem caelestem verbi Dei, & biberere aquam de
petra; cumque ad interiora doctrina caelestis
accesseris: expelle pugnam, & prepara te ad
bellum. Quandò quis dominus caelestibus est cur
mulatus, tandò majora bella in eum insurgunt,
cum populus caelestis manna est recreatus:
tunc Amalec, hoc est Diabolus contra eum
insurgit.

QUESTIO XXXV.

Quare persecutio Ecclesiae extenditur
ad decem dies, & nec ad plures,
nec ad pauciores?

251. A It Dominus in presenti Habebitis tri-
bulationem diebus decem. Multiplex in-
terpretatio huius loci eum difficiem reddit.
Primo Prima. Beda, Rupertus, Divus Bruno
Astensis, accipiunt decem pro omnibus die-
bus vitae: Denarius enim tam in Decalogo,
quam in aliis locis, universitatem significat ca-
piturque pro omnibus. Secundo Aretas, An-
dreas Calaricensis, Alcazar; decem, id est paucis
diebus, & ita accipiunt, Numer. 11. vers. 19. li-
cet etiam aliquando pro multis accipiatur.
Tertio Beda, Haymo, Lyranus, & Joachim exi-
stimant hic significari decem Christianorum
persecutiones inflictas per Imperatores Roma-
nos, quas numerant a Nerone usque ad Dio-
cletianum.

Quarto. Idem Lyranus; decem diebus, id est,
perfectam habebitis tribulationem, denarius
enim perfectionis symbolum est. Quinto ipse-
met Lyranus. Decem diebus, id est decem annis.
Sexto S. Ambrosius. decem diebus: quia, ait, licet
ista tribulatio pluribus diebus, & mensibus du-
ret; decem tamen diebus erit crudelissima, ac
atrocissima.

Septimo Pererius, Ribeira, Cornelius Lapide,
M. Joannes de la Haye, diebus decem, id est,
multis diebus. Sic Job fatur cap. 29. n. 3. En-
decies id est saepe, confunditis me. Numer. 14.
n. 22. Tentaverunt me jam per decem vias, id est
multas,

Exod. 17.
Cum homo
sedit in cae-
lum, Diabo-
lus e us san-
guinem lam-
bere deside-
rat
Strab.

1 Reg. 1. multas 1. Reg. 1. n. 8. Nunquid non ego melior
tibi sum, quam decem filii, id est, multis, & ita
passim: Et haec sententia est valde genuina.

254. Pro ejus tamen majori explicatione adverte,
quod sicut decennarius significat multitudi-
nem, sic etiam dicit magnam perfectionem;
continet enim omnes species. & perfectionem
simplices numerorum, universa in se numeran-
di genera comprehendit, parium quidem, &
imparium: parium ut duo, imparium ut tria: &
hoc ipsum importat ethymologia denarii ex
Graeca radice, decies dicitur, id est, quod om-
nes numeros complectitur: nam cum ad de-
cem pervenitur, progrediendi finis est, & ne-
cessario iterum revolvitur, ac iteratur.

255. Proindeque dico his decem diebus significa-
ri tribulationem, quam habitura est ecclesia
Smyrnenensis, multis diebus esse duraturam, mag-
namque futuram esse: & ideo dicitur, decem
diebus respectu Dei, qui omnes hos dies habet
calculatos & numeratos, decem diebus respectu
tribulationum, quae tot diebus eos continebit,
qui necessarii fuerint ad ipsos justos perficien-
dos, & consummandos; decem diebus respectu
diaboli; quia in illis multis diebus laxabit om-
nes numeros tormentorum, cruciatuum ac do-
lorum in justos, in quibus exercebit omnem
suam crudelitatem.

256. Fera haec pessima diabolus ad hominum la-
nienam non facile abstrahitur, sed moramentum
in torquendo amat, diebus decem affligit, ut
cruciatum varie ac exacuant, nocendi famem,
& tormentorum cumulum crescere faciat. Cum
juxta dicitur, cordis sui scelestus Pharaon tor-
quendus fuit, non uno die, non duobus, non
septem, aut octo, sed per decem dies diversis
plagis torquebatur. Quod optime notavit D.
Salvianus lib. 1. de Gubernat. Dei Pharaonem
inobedientiam, ait, verberavit, & quidem
non uno modo: scilicet, ut plus saeculigis tor-
queatur diversitate supplicii. Lassata equi-
um tortoris crudelitas in uno tormentorum
genere vehementer acuitur, & transit ad
aliud.

257. In Sanctorum choro inventus est aliquando
Satanas, & Jobum sibi permitti postulabat:
annuit Dominus Jobum venire in Satanam ma-
nus. Quid tunc; ait Textus cap. 2. num. 7.
Egressus Satan a facie Domini, percussit Job ut
cere possit ad pluviam pedem usque ad verticem
ejus. Quod ponderans Origenes lib. 2. in Job.
ait: Exivit diabolus a facie Domini, exivit tan-
quam lupus rapiens, tanquam leo rugiens, tan-
quam visus sanguinem appetens, tanquam ma-
lignus serpens, tanquam vipera sava, ac per-
niciosa. Cur diabolus exiens contra Job non
prodiit tanquam Leo, sed omni bestiarum fer-
rocitate induitur, sicut Leo exiret, sat erat,
ut Jobum ulcere pessimo percreteret, ad quid
tot ferarum immanitas, ut esset tanquam
lupus rapiens, leo rugiens, ursus sanguino-
lentus, insidiosus ut serpens, venena diffun-
dens ut vipera; Ecce savitia hujus cruen-
tae bestiae, quae uno crudelitatis genere non
satiatur, sed omnium lanienam assumit, ut
multis, & variis modis justos torqueat, eos-
que omni cruciatuum varietate vexet, & af-
fligat.

258. iterum in ipsa Iobi historia adhaerco, de

cujus filiorum clade a demonibus peracta di-
citur c. 1. num. 19. Venit vehemens iruit a Job. 1.
regione deserti, & concussit quatuor angulos do-
mus, quae corruens oppressit liberos suos. Valde
mirum est, quod ventus veniens ab una deter-
minata regione deserti, quatuor angulos do-
mus simul concutiat: quis unquam tale vidit,
& esto quod demon ipse in vento veniret:
quit necessarium erat quatuor angulos concu-
tere, cum vel unum angulum quatiens, posset
domus ruinis Jobi filios opprimere? Tanta est
demonis savitia adversus sanctos, ut non uno
angulo, sed omni velit justum opprimere, in
ruinam dare, & quamvis ad interitum filiorum
lobi unus angulus corruens sufficeret, tamen
ad crudelis inimici savitiam satiantem omnes
quatuor anguli concutiantur. Origenes lib. 1.
in Job, Si per unum angulum poterat cadere, cur
omnes quatuor angulos reitigi? Quatuor angulos
reitigi, ut ostendat ferociam, & aequum
suum homicidalem.

QUESTIO XXXVI.

Quare fidelis servo usque ad mortem
promittitur gloria, non sub nomine
gloria, sed sub nomine corona vitae?

260. Multa, & varia certamina, ac adver-
saria in Ecclesia Smyrnenensi, hic nume-
rantur. Scio tribulationem tuam, & pauper-
tatem tuam. Primum, tribulatio, quae prove-
nit ab interiori, ac propria mortificatione, Quot labo-
res.
Secundo, paupertas, & omnia incommoda,
quae secum defert inopia. Tertio, Blasphemias
ab his, &c. Infestatio, & flagellum lin-
guae, & quidem ab his, qui se dicant Iudaeos
esse, & non sunt Quarto aperta Principum,
ac Magistratum persecutio: Ecce missurus est
diabolus aliquos ex vobis in carcerem: quae se-
cum defert ut mas aruinas, & mortis cru-
ciatus.

Qui ergo in his usque ad mortem fuerit fi-
delis, sine fidei tractione, & perseverans;
auro ei coronam vitae. Ita & Paul. ait, 1. Cor. 9.
Corinth. 9. num. 24. Sic currite, ut com-
prehendatis. Parum juvat currere, si non in-
stes ut comprehendas. Quod comprobatur D. D. Laur.
Laurentius Justinianus in ligno vitae, cap. 16. Iust.
& subdit, sic in omni re, ac negotio perseve-
randum ad finem usque, hoc fit in agricul-
tura, hoc in aedificiis construendis. Et haec si
Perseverantia necessa-
ria ad Cora-
nam gloriae.
Cantic. 1.
militudo de aedificiis probatur ex illo Can-
tic. 1. num. 16. Tigna domorum nostrarum ce-
drina, liquevia nostra cypressina. Haec ligna
non solum grati sunt odoris, sed ad duritiam
firmam, & perpetuam, ut incorruptibilia
perseverent, & nulli vermiculo cedant, sic
qui in corde tuo preparat Christi lectum
fidei, ac bonae operationis, hoc debet exhibere
cum quadam firma, ac diuturna perseverantia,
& incorruptibilitate, ut nullo vermiculo ten-
tationum, ac laborum cedat, sed omnia con-
temnat, ut ad finem perveniat, & Denm vi-
deat. Unde ait D. Chrysostomus. Epistol. 5. D. Chryl.
ad Theodorum lapsus. Si quis, inquit,
foret infirmus morientium, ferentium iumenta ef-
feret.

259. Lyranus
D. Ambrosius

260. Perseverantia
necessaria
ad Coronam
gloriae.
Cantic. 1.

set: praetera gehennam, & tormenta omnia conuenit sustinere, ut videre queas Christum in gloria sua, & consorbi ordini Sanctorum.

261. Car. er. & mors pro Christo corona.

D. Ambr.

Quaestio tamen principaliter inquit; cur cum huic seruo perseveranti, ac fidei promittatur gloria, & beati udo, non promittitur tamen sub nomine gloriae, sed corona; Dabo ei coronam vi. a: & maxime notandum, quod post carcerem; missus in carcerem, statim post carcerem; quid carcer cum corona; quid ignominia cum gloria: Multum sane, quia licet incarcerationis pro Dei nomine gloria non promitteretur, tamen ipse carcer erat eis pro corona D. Ambr. lib. 4. in Luc. Nonne, ait, tentatio Ioseph virtutis est consecratio: nonne iniuria carceris corona est castitatis? & eo nobilior quo terrior carcer est. Et lib. 2. de Abraham cap. 4. sic scribit. Afflictiones viro forti corona sunt; in aliis infirmitates.

262.

Beatitudo corona, quia cum luctamine accipitur. 1. Cor. 9. D. August. Cant. 7. Beda.

Aeterna ergo beatitudo, & gloria dicitur corona. Primò, quia datur vincenibus, ac certantibus; & alluditur ad pugiles, ac athletas, aliosque luctantes in stadio, vel agone, v. g. Olympico, ut docet D. Augustin. lib. de Agone Christiano; & communiter explicant interpretes illud Pauli 1. Corinth. 9. num. 25. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Et milites Ecclesiae armati describuntur cum gladiis propter timores nocturnos, Cantic. 3. num. 8. Unde Ecclesia palma assimilatur, quae non nisi victoribus conceditur, Cantic. 7. num. 7. Siatura tua assimilata est palma; idque ob tres causas, ut ibi Beda. primò, quia palma, quò magis premittitur, eo magis asurgit, ita & athleta Christi. Secundò, quia palma inferius aspera est, superius pulchra, & fructibus dulcis, ac suavis, ita & Christi pugil. Tertio, quia palma, manus victricis ornamentum est.

263. Alb. Magn. Beatitudo continet omnia bona.

264. Albert. Isai. 28.

265. Psal. 20.

265. Joach. Sancti qui pro Christo moriuntur, vitam non perdunt, sed in melius commutant.

Secundò, Albertus Magnus: Dabo tibi coronam vi. a, id est, vitam interminabilem, quae significatur in corona, quae est circularis, & circulus non habet principium; neque finem Corona cum sit rotunda, significat perfectionem ac complexum omnium bonorum ac gaudiorum, quae veluti corona, ac circulus principio, & sine carent.

Tertio Idem Albertus. Dab coronam, scilicet regalem; Reges enim solent coronari; hæc corona erit ipse Deus, vel ipsius visio. Isai. 28. n. 5. Si die illa erit Dominus corona gloria, & seruum exultationis. Quarto, quia cum ipsa gloria pretiosissima sit instar coronae gemmarum exornatae, dicitur: Possisti in capite eius coronam de lapide pretioso, Psal. 20. num. 4. Hujus coronae duodecim gemmas e sacris literis recenset Viegas in Commentario 2. sect. 5.

Et maxime notandum quod dicitur: Beatitudo corona vitæ. Ioachimus abbas, Corona vitæ promittitur, ait, quia ii, qui donant vitam pro Deo, cum triumpho pretiosa mortis perveniunt ad veram vitam, quoniam ut eam servare possent in regno, eam in exilio perdidit; juxta illud Joan. 12. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Nonne sufficiebat dicere, dabo tibi coronam, vel gloriam, sine addi-

tionem vitæ: Ad quid hoc exprimitur? Rectè quidem apposuit coronam vitæ, ut denotaret Sanctos, qui pro Christo gloriosè moriuntur, non vitæ iacturam facere, sed in melius eam commutare. Ita Richard. de sancto Victore.

Secundò: dicitur vitæ, qua gloria Sanctorum, eorumque gaudium semper vivet, ipsique semper vigeant, & florebunt in aeternum, semperque in vigore vitæ permanent, nunquam senescent, nunquam deficient, & nunquam fatigabuntur. Unde hæc vitæ & gloria vocatur à sancto Petro Epist. 1. c. 5. num. 4. Immortale regnum: à S. Paulo, 1. Cor. 9. n. 25. Incorrupta; & ab eodem Paulo Hebræor. 12. n. 28. Regnum immutabile; & ab Isai 33. n. 20. Tabernaculum quod nunquam transferri poterit; & à Daniele 2. n. 4. Regnum quod in aeternum non dissipabitur.

Tertio. Maxime ponderandum quod ait: Dabo coronam vitæ. Cur non exprimit aeternam, cum revera ita sit, sed hoc subjacet, ut aperte suppositum; nam cum hæc corona sit data à Deo manifestum est, quod sit aeterna, perpetua, & sine fine duratura: talia sunt dona Dei, quae sunt fixa, & permanentia, & minime prætereunt. Sic David Psal. 61. n. 7. Ipse Deus meus, & Saluator meus, & non emigrabo. Quasi dicat, inquit, Ambros. Cum habeo habitare in tabernaculo tuo, non emigrabo, sed ibi fixus, & securus permanebo.

Christus D. in ultima coena cum discederet à suis discipulis, ait illis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Ioan. 14. num. 27. Magnum planè donativum, quo fideles suos copiose ditavit: pax enim bonorum omnium compendium est tamen in præfatis verbis pulchram excitat quaestionem D. Aug. tract. 77. in Ioan. Quare cum Christus dicit, do pacem, suam appellat pacem meam do vobis, cum verò ait, relinquo, suam non appellat, sed tantum ait, pacem relinquo vobis, diligenter pervelegandum est quòdam sacramentum deliteat, cur cum dicit, do pacem, suam appellat, ubi verò dicit relinquo, suam non appellat Christus pacem, quam beatis dat in caelo, sine amissionis periculo, pacem dicit, non verò illam, quam in hoc saeculo cum ipsius pacis iactura inter hostes relinquit. Christus ergo Dominus donum pacis suum appellat; suaque magnificètia dignum agnoscit. quod nunquam amittitur. sed perennat in patria absque amissionis periculo. Pax verò, quae relinquitur in hoc saeculo periculis obnoxia, dissensionibus exposita, & si quandiu durat ex Christi dono floreat tamen sæpè contrarietate deflorescit, & discordia degenerat. inde Christus tanquam non diu duraturam, donum suum non appellat, ac si donum suum antonomasticè illud sit, quod tempus non excedit, nec diuturnius ævum arrodit. Cit. D. Aug. Pacem nobis dicit, Christus relinquit, in hoc saeculo, in quantum hostem vincimus? Pacem suam nobis dabit in futuro saeculo, quando sine hoste regnabimus, ubi nunquam dissentire possumus.

Cum Iacob fratris odio declinans è domo patris fugeret in Mesopotamiam, & cum post solis occasum devenisset ad quendam locum, ibi pernoctare cogitur, & vidit in somnis scalam

266. Jusorum gloria semper vivens.

1. Petr. 5. 1. Cor. 9. Hebr. 12. Isai. 53.1

Dan. 2.

267. Dei dona persuasiva, ac permanentia. Psal. 61.

268.

Joan. 14.

269. Ait a patre dicitur, qui appellat Christus suum non tenentur.

D. August.

269.

lam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum: Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam; Dominumque innixum scalæ dicens tibi: Ego sum Dominus Deus Abraham, patris tu, & Deus Iacob, &c. Cumque evigilasset de somno ait, verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam.

Genes. 28. Locus terribilis, in quo Deus ad breve tempus concessit magnum beneficium.

Dan. 2.

Rupertus.

Pavens, quam terribilis est, inquit, locus iste non est hinc aliud nisi domus Dei, & porta caeli. Gen. 28. num. 17. Omnis interpretum multitudo maxime stupet ad hunc Jacobi pavorem. Quare locum dicit terribilem, ubi tam benignitatem conceditur res caelestes rimari, & agnoscere? Quid jucundius, quam Deum affabilem intruere? quid gratius, quam magnifica promissa sibi spondentem audire? & quid delectabilius, quam consortio Angelorum potiri? Et si undique tanta erat affluentia caelestis mira dulcedine, quomodo cor ejus multa anxietate turbatum est, ut locum dicit terribilem. Iacobus brevi quietis mora magnam dei misericordiam accepit, quae ubi primò evigilavit protinus disparuit. Ecce cur pavet, & locum terribilem dicit: ipse enim bene instructus erat in divina largitate cujus donum permanentis, & stabile perennat in aeternitate, & ideo cum præter divinam consuetudinem, brevi somno terribili sublimi visionis donum animadvertit, ideo pavet, & terribilem dicit locum, cum videat divinam beneficentiam à sua solita largitate deviare, & suum beneficium inter brevis temporis angustias coactare. Ad hoc respicit Rupertus. Sed quid pavoris, ait, vel quid terrois secundum se locus iste poterat habere. An quia Dominum in loco in somnis vidit.

QUESTIO XXXVII.

Quare victori promittitur, quod non ledetur à morte secunda?

270. Albert. Gagazus.

Sap. 2.

271. Richard. Beda. Haymo. Lyran. Corn. Menoch.

272.

Spe, ac timore vivendum.

Per mortem hanc secundam Rupertus, Albertus Magnus, & Gagnæus intelligunt peccatum, quod animam separavit à vera vita Deo. Sic dicitur Sapient. 2. numero 24. Invidia autem Diaboli mors, scilicet peccatum, in ravit in orbem terrarum.

Magis tamen verè, ac genuinè Richardus Victorinus, Beda, Haymo, Lyranus, Cornelius, Menochius, & alii dicunt quod mors prima est, quae corpus in hac vita moritur, de qua paulò antea dixerat: Esto fidelis usque ad mortem. Mors verò secunda est, quae anima, & corpus semper moriuntur in inferno, ubi sunt majores angores, quàm in morte corporali. Unde dicitur infra cap. 21. num. 8. Pars illorum erit in flagno ardente igne, & sulphure, quod est mors seunda.

Et maxime vincenti promittitur, quod nullam laesionem patietur à morte secunda; ut etiam hoc pacto ad victoriam stimuletur amore, & timore; amore, ac spe præmii. Dabo tibi coronam vitæ; & timore poenae, quae est in morte secunda. Non ledetur à morte secunda.

da? ut ira timore poenae, & spe præmii homo securè viveret. Vide quae dixi tom. 4 in Evang. cap. 22. q. 10. 71. 72. 73.

Et cum Dominus vult nos propter fidem non timere mortem primam, id est, corporis, obicit nobis aspiciendam mortem secundam, quae timidis, & execratis, ut dicitur infra cap. 21. numero 8. proposita est. Est enim hæc summa miseria, quae appellatur mors secunda, non solum respectu primae, sive hæc sit mors peccati, sive corporis, sed etiam, quae sic consummata est, ut corpus & animam perdat in gehennam ignis in aeternum, & ita mors, quae accidit iustorum corpori, non propter mortem dicenda est, sed illa, quae datur animæ in sua condemnatione ad gehennam.

Quod optime docet D. Gregor. Magn. lib. 4. Moral. cap. 17. Umbra mortis, inquit, mors carnis accipitur, quia sicut vera mors est, qua anima separatur à Deo, ita mors est, qua anima separatur à Deo. Unde voce Martyrum dicitur: Humiliasti nos in loco afflictionis, & operuit nos umbra mortis. Psal. 43. num. 20. Quos enim constat non spiritum, sed sola carne mori, nequaquam vera morte, sed umbra mortis auctur operiri. Magnum discrimen est inter mortem iniquorum, ac iustorum; mors, iniquorum vera mors est; iustorum verò non est vera mors, sed mortis umbra: operuit nos umbra mortis.

In hitoria de D vite avaro cum Lazaro narrat D. Lucas 10. n. 22. Factum est, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abraham. Mortuus est autem Dives, & sepultus est in inferno. Moritur Sanctus mendicus, moritur & Dives avarus; mendicus minime dicitur sepultus, sed portatus cubitum in sinu Abraham; impius verò Dives non vadit cubitum in sinu alicujus, sed tendit in sepulchrum, in quo in aeternum appareat, voracibus flammis sepultus. Mors iusto est ad requiem in sinu, ac in cubitu: impio verò est ad tormentum, ac poenam, ut miratur in tenebras exteriores, ubi est fletus, & stridor dentium. Matth. 22. num. 13. At in iusto res aliter se habet; jam defunctus Samuel evocatus apparuit Sauli 1. Reg. 28. n. 15, cui dixit. Quare inquietasti me, ut suscitarer? Sic bonus ostendebat se quasi in somno quiescere, à quo ante tempus fuerat Saul vocibus excitatus, ideo inquietatus. D. Zeno serm. de Resurrect. corpor. lib. 3. ait: Samuel mortis iam lege dispensatus Sauli Regi desideranti non tantum suam presentiam exhibet, sed etiam ad consulta respondet: unde licet clamare. Profectus potius est iste, quam mortuus.

EPISTOLA TERTIA.

Apocal. 2. n. 12. Et Angelo Per gami scribe: hæc dicit, qui habet romphæam utraque parte acutam.

Num. 13. Scio ubi habitas, ubi sedes

273. Dominatio inferno homines coercent.

274. D. Greg.

Vera iniquorum mors iustorum umbra.

275. Luc. 16.

Iustorum mors ad requiem, iniquorum ad poenam.

Matth. 22.

1. Reg. 28.